



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

I. De controuersiis episcoporum per metropolitanos compone[n]dis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ANNO
 CHRISTI
 567.

P R Æ F A T I O.

CVM in nomine Domini in Lugdunenſi vrbe ad ſyno-
 dale Concilium veniſſemus, tam pro renouandis ſan-
 ctorum patrum inſtitutis, quæ præſentis temporis neceſ-
 ſario fecit opportunitas iterari, quam his quæ aſſurgenti-
 bus vñdecumque querelarum materiis, recentis defini-
 tionis ordo popoſcit inſtitui, tractantes quid ſaluti po-
 puli vtilius competeret, vel quid eccleſiaſticus ordo ob-
 ſeruaret.

C A N O N E S.

I.

Primo in loco vnitatem ſacerdotum, quam & Dominus diligit, & ſcriptura commendat, & concordia caritatis expoſcit, conuenit ab omnibus cuſtodiri; ita vt in omni tractatu vel definitione, vno ſpiritu, vna ſententia, ſacerdotum conſtantia perſeueret. Et ſi quid inter fratres, id eſt coepiſcopos noſtros, contentionis ortum fuerit; ſi de vna prouincia ſunt, metropolitani cum comprouincialibus ſuis iudicio ſint contenti. Si vero diuerſæ prouinciæ duo fuerint ſacerdotes, inter quos aliqua diſceptatio oriatur, conuenientibus in vnum metropolitanis ipſorum, omnis eorum actio illorum iudicio terminetur: ita vt ſi vnus ex epiſcopis ab alio epiſcopo, aut a quacumque perſona inique fuerit aggrauatus, communi fratrum ſtudio cum Dei ſolatio deſenſetur. Quod ſi quis ſe ab hac conditione quacumque calliditate ſubtraxerit, tribus menſibus ſe a caritate fratrum nouerit eſſe ſequeſtratum.

II.

Secundo loco, quia multæ tergiuerſationes in-

Concil. Tom. 12.

E e e e